



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Festinatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

*ex Plin. Ea-  
dem Plin.  
lib. 9. c. 15.* vocant. Ea autem ubi hamo deprehensa fuerit, quam longissime potest se exporrigen, hamiline am abdicit, quo devorato, interiora sua foras evomit, donec hamum ejiciat, dein recipit intro, ac vallet ea qua prius salubritate.

## DE PHOLL.

## PARTO FRUENS. CAP. XXI.

**H**ominem iis quæ sudore proprio comparat fruentem indicaturi, Pholim pīscem pingebat. Ea enim mucorem quem ipsa emitit ad altam crassitatem sibi obducit, ut tota visco delibata videatur: ita ut in eo quasi cubili conquestat, unde illi nomen: Φολέεν enim nūdificare est. Videlicet vero, an hæc sit Ausoniana Tinca ita passim hodie nuncupata, quam natura ipsa videntur in vulgi pauperisque plebeculae solatium protulisse.

## DE SQUATINA.

## FABER LIGNARIUS. CAP. XXII.

**E**t Squatina meruit inter hujusmodi significata recenseri, per quam fabrum lignarium intelligi volebant. Est enim pīscis tam aspera, scabriæque ac validæ cutis, ut ebur ea, neque non signum quantumlibet dura, poliantur. Nam ex mari fabriles quoque usus veniunt, ut omittamus fabrilia instrumenta omnia in hujus pīscis capite deprehensa. Quin & ferram confidere didicimus ex hujus pīscis osse ita crebro mucronato, qualis longa annorum serie suspensa fuit tholo ante DD. Petri & Pauli conditorium, priusquam à Julio II. illa veneranda antiquitatis monumenta solo separarentur, jaētis mox tam ingentis machinae fundamentis, quam neque *Nati natorum*, nec qui nascitur ab ipsis, ullo unquam tempore conspicetur sunt.

## DE CLUPEA.

## LUNARE CORPUS. CAP. XXIII.

**I**n Arari Gallæ fluvio pīscis est, quem vocant Clupeam, Veneti Chieppam, Romani Lacciam. Ed quantum Roma carnis & mollitudine & bonitate præstat, tantum apud Venetos vīlōr. plebejūs habetur: ut qui in ejusmodi stagnis minime pinguestat, spinarum vero multitudine atque densitate fastidio fit. Sed utcumq; apud nos sit, in eo Gallæ fluvio ital. luna naturam imitatur, ut ea crescente cañelat de crescente vero nigrescat. Accidit vero ei, ut cum corpus nimium auctum fuerit, ipse quoque ad crescentem adeoq; extendantur, ut animal id intermant, quod in mirabilibus Italicis tradit Heliодorus. Qui quidam pīscis si Aegyptiis innotuisset, nimirum Lunæ eum hieroglyphicum posuissent. Ajunt etiam in ejus capite lapidem grano salis similem, qui faciat ad quartanas.

## DE APUA. CAP. XXIV.

*Plin. l. 31. c. 8.* **E**st pīsciculorum genus quod ex sola pluvia procreatur, Apuan Latinī vocant, aspiratione Graci vocabuli repudiata: *αφύλω* enim illi *αφύλω* & *υεν* eam dicunt. Ligustica Tyrrenaque omnis ora, cum plurimum, p. literam in ch, vertat, vulgo Anchiam vocat, n, etiam litera ad incitationem primæ syllabæ sonum adjecta. Sunt qui has in hæcularum genere connumerent.

## FESTINANTIA. CAP. XXV.

*Aphya 61-  
Pluere.* **E**rat is pīsciculus festinantæ signum; nam ubi vel minimum concaluerit, coctus est, unde adagius ignem, tum, Ad ignem Apua, cum quid celerrime factum, vel ipso temporis momento significamus, de quo *l. 2. Disp. 1.* in Augusto apud Tranquillum, Et proverbio dictum *ειδε πῦρ αφύλω*, quasi latet sit ad ejus cocturam speciale

A specie tantum ignem. Hanc Veneris sacram ait Athenaeus, quam Stilpon Philosophus Megarenensis immolasset, promeruit ut ea civitas magno Apuarum proventu fuerit à Deo locupletata.

DE HIRUDINE. CAP. XXVI.

Hirudo quoque aquatile animal, cuius plurimus in medendo usus, significata quædam habet hieroglyphica.

SANGVINARIUS. CAP. XXVII.

C Rudelissimum siquidem hominem, & humani cruris avidissimum, per eam significari noti-  
cus est, quam adnotare oporteat. Et Cimeta apud Theocratum, Pharmaceutria, quam Poëta  
transtulit ex Euphorionis Mimes, non aliter ab Amore sibi sanguinem exuctum lamentatur, quam si  
limosa Hirudo corpori suo applicata fuisset:

Ἄλλης ἀνιαρέ πύρι μέλαν ἐσχεδός αἷμα  
Ἐμφύεται λιμνάτης ἀπαλλοθά πέπικας.

Heu crudelis amor, nostro saturate crurore,

Summa affixa cui velut hunc saxisset Hirudo.

INSATIABILITAS. CAP. XXVIII.

V Erum ea etiam insatiabilitatis est signum, quandoquidem ad suatum admota non prius ab o-  
pere desistit, quam tota sit supra modum sanguine tumefacta, quod ita expressit Horatius : In fine de  
Non missura cutem nisi plena cruris Hirudo.  
art.poet.

DE LEPORE MARINO.

MINIMA DE CAUSA EXANIMATUS: VEL DAMNA MUTUA.

CAP. XXIX.

Qui marinum Leporem pingunt humano tactum dito, mihi videntur significare voluisse, vel  
Q hominem minima de causa exanimatum: quandoquidem ferunt eum, qui non modo dito,  
verum etiam virga Leporem marinam attigerit, quam primum eum exanimascere, & nisi promptua-  
rium sit remedium, etiam mori. Vell mutua damna ex eadem pictura libet interpretari: nam hiero-  
glyphicum hoc apud veteres non inveni: quia humanus attactus Lepori etiam est exitialis, in Indi-  
co præfertim mari, ut a Licinio Macro traditum ait Plin. Ita nusquam non mollis Lepus. Nam & per plin. l. 32.  
Ruricolam, mollitatem quamdam effeminatam intelligi suo loco diximus inter quadrupedes, tum ob c. i.  
timiditatem, tum ob pulmenti copiam, quorum utrumque feminarum proprium, cum audacia  
virilis omnino sit. Caro enim pars foeminea dicitur. Neque postremi nominis Philosophi sunt, qui  
osla à mare, carnem à foemina procreari velint, & ad embryi coagmentationem utriusque concurre-  
re geniturn. Facit præterea ad effeminationis significatum, quod Hippo Philosophus ex semini-  
bus tenuibus magis foeminas, ex densioribus mares fieri contendit: quod tamen eorum dissertatione  
relinquimus, qui naturæ secreta altius rimantur. Nam cum sint, qui totam hanc fabricam ex ma-  
D re constare dicunt, neque seminam præter fomentum quicquam aliud conferre de suo. Anaxago-  
ras tamen, Parmenides, Empedocles & Epicurus, aliquid etiam ex parte matris ad generationem ac-  
cedere asseruerunt: præcipue vero Alcmæon, sed, ut Censorinus ait, is non definite se scire confes-  
sus est, ratus neminem posse perspicere.

SPONGIA. CAP. XXX.

S Ed cur Spongiam prætereamus, quæ & ipsa inter aquatica enumeratur animalia: utpote quæ  
refugiat ad tactum, seque in angustum colligat? Utcumque vero, sua hæc habet hierogly-  
phica.